





A3 / 29  
1717 282

# DE IVRE CONVENIENDI SUBDITOS IN PROPRIO IUDICIO

Ob ein Gerichts-Herr seine Unterthanen vor seinen  
eigenen Gerichten belangen könne.

---

PRAE SIDE  
DN. D. GOTTFR. LVD.  
MENCKENIO

P. P. COLLEGIORVMQUE IVRIDICORVM, QVAE  
WITTEBERGAE FLORENT, ASSESSORIS

GRAVISSIMI

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET LEGITIME

CONSEQUENDI

DIE AVGVSTI A. O. R. MDCCXVII  
PLACIDO ERUDITORVM EXAMINI

HOR. ANTE ET POMER. SVBMITTIT

CHRISTOPHORVS THOELLDENI  
SANGERHVS. THVR.

---

EDITIO NOVA 1742.

---

WITTEBERGAE  
SVMPTIBVS IO. GOTTFRIED STRENGI.

LAURENTIUS  
GOMANIENDI

SARDEGNA  
INDIGO

HA  
TISS  
FRO

GOTTHEIT  
HONORIS

IC  
DN  
CO

HONORES  
HONORIS

IC  
DN  
CO

HONORES  
HONORIS

IC  
DN  
CO

VIRIS  
PERQVAM GENEROSIS, EXCELLENTIS-  
SIMIS, AMPLISSIMIS ATQVE CONSVL-  
TISSIMIS

DOMINO

ENGELBERTO A BVRCK,  
HAEREDITARIO IN STETTERITZ, POTEN-  
TISSIMI POLON. REGIS ET ELECTORIS SAXONIAE IN SVMMO  
PROVOCATIONVM SENATV CONSILIARIO, SERENISSIMI DVCIS  
SAXO-ISENAC. CONSILIARIO INTIMO, FACVLTATIS  
IURID. ET CONSISTORII LIPSIENSIS ASSESSORI  
GRAVISSIMO,

DOMINO

IOH. ELIAE SCHLEGELIO,  
ICTO FAMIGERATISSIMO, POTENTISS. POLON.  
REGIS ET ELECTORIS SAXON. IN SVMMO PROVOC.  
SENATV CONSILIARIO SPLENDIDISSIMO

ET

DOMINO

IOH. AVGVSTO HOELTZELIO,  
DN. DE STERNSTEIN, SACRI PALAT. CAES.  
COMITI, ICTO CONSVMMATISSIMO, SVPREMAE CVRIAEC  
PROVINC. ET CONSISTORII LIPSIENSIS  
ADVOCATO ORDINARIO

DOMINIS PATRONIS ET BENEFATORIBVS  
SVIS SVMMA OBSERVANTIA AETATEM  
DEVENERANDIS.

V I R I  
PER QVAM GENEROSI, EXCELLEN-  
TISSIMI, AMPLISSIMI ATQVE  
CONSVLTISSIMI

**E**XCELENTISSIMA VESTRA  
NOMINA specimini huic praefigere,  
nefas ipse putarem, nisi obseruantiam me-  
am qualicunque modo declarare oportet.  
Tot ac tantis à VOBIS ornatus beneficiis  
me in aere Vestro sentio haerere, qua ratione  
vero exsolui queam, non apparet. Neque valde  
ea de re sum sollicitus. Vestra enim benevolen-  
tia ex generoso fluxit animo, quam remunera-  
tione compensare velle nimis fuerit temerarium.  
Ut tamen meo officio aliqua ratione faciam sa-  
tis, publico testimonio me Vobis obstrictissi-  
mum declaro. Praeterea alia grauissima est cau-  
fa, cur Vobis imprimis, VIRI EXCELLEN-  
TISSIMI, hanc dissertationem consecrare vo-  
lui. Argumentum in ea pertractatum suasit id mi-  
hi & mox persuasit, desumtum quippe ex ea iu-  
risprudentiae parte, quam forensem nominamus  
& practicam. Amplissimum mihi patere cam-  
pum video, Vestram in exercitio aureae pra-  
xeos

xeos per plurimos annos egregie continuatam  
operam, Vestram in iure dicundo dexteritatem,  
Vestram in causis arbitrio definiendis pruden-  
tiam, vberius demonstrandi. Ast cur prolixius  
proferam, quae vniuersa nouit Saxonia, cur mul-  
tis depraedicem, quae mea laude longe maio-  
ra ab Ipso POTENTISSIMO POLON.  
REGE agnita atque muneribus dignis conde-  
corata fuerunt? Talia ergo non enarrabo, sed  
VOS solum Arbitros in materia, quam selegi,  
appello, IUDICIO VESTRO subscribere  
non erubescam, cum tantos VIROS haud se-  
qui peruicaciae me argueret. Valete, & pro VE-  
STRO erga me effectu, hoc leuius deuotissi-  
mae mentis documentum, sereno vultu suscipite,  
meisque studiis atque commodis porro fauete

## VESTRORVM EXCELL. NOMINVM

Cultor obseruantissimus  
CHRISTOPHORVS THOELLDEN.

CLA-

CLARISSIMO DOMINO  
CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S.

**E**rgo nunc tandem capis, quos dudum merebaris, Summos Iuris viriusque honores, & laboris non leuis maxima praemia feliciter accipis. Ita vero intelligis, non frustra Te in Themidis castris militasse, neque inanem fuisse operam, quam in veteris prudentiae immensis Voluminibus euoluendis hucusque collocasti. Ego, qui haec Tibi nouae dignitatis incrementa ex animo gratulor, hoc unum voueo & exopto, ut, quamcunque rem deinceps aggrediaris, ea non minus Tibi bene & ex voto cedat. Vale. Festinabam D. XIV

AVGVST. A. O. R.

MDCCXVII.

DE



DE  
IVRE CONVENIENDI SVBDITOS  
IN PROPRIO IVDICIO.

§. I.



Anta licet pro Magistratus auto- Nemo pot-  
ritate & iurisiurandi religione, est esse iu-  
qua iudex deuinetus est, pree- pria causa.  
sumtio milititer, vt non facile in  
sacro suo officio eiusque exer-  
citio suspectus haberi debeat,  
si etiam utilitas quaedam ad eum  
inde perueniat: Illa tamen minime eo extendenda  
videtur, vt quis etiam in propria causa officium iu-  
dicis obire queat. Cum enim naturalis pugna sit  
inter rationem iudicis & partis, quae repugnantia  
& contradic̄tio tum in cognitione, vt pote quae  
tertium duas litigantes partes interuenientem requi-  
rit, tum in executione causae, quae Superiorem re-  
quirit,

A

DFG

## 2 DE IVRE CONVENIENDI SVBDITOS

quirit, deprehenditur. Tanta praeterea adeat suspicio ex philautia & sui ipsius studio enata, vt illa semper obstat, quo minus talis iudex sincerum in causa iudicium sequi possit, sed potius prae reliquis omnibus se sibi proximum ducat, vt nihil afferamus de avaritia, ambitione, aliisque, quae iudicem ad male iudicandum possunt impellere, cum iam sub philautia accurate loquendo contineantur. Igitur habitus moralis legis un. C. Tit. ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat, minime ex rationibus ciuilibus est eruendus, cum eundem plane naturalem afferere nemo dubitet. Neque valebit conuentio consensuue partium, vt in propria causa liceat exercere iudicium, quoniam lex allegata prohibitiua non ad commodum priuatorum tantum est conscripta, sed multo magis ad bonum ordinem in Republica seruandum, & vt Iudiciis sua constet integritas, contra quae praecepta negatiua, eiusmodi paecta, quae occasionem delinquendi & bonum ordinem inuertendi praebent, non valent, Ziegler. *Dicast. Conclus.* 12. §. 12. Hinc ipsi Principes legibus omnibus humanis soluti, quando illis cum suis subditis de Ciiali causa: Wegen derer Cammer-Güter und anderer Nutzungen controversiae subnascuntur, ab illarum decisione abstinent, & illas vltro & lubenter non ex aliqua obligatione Dicasterio alicui committunt, quo pertinet, quod Elector Sax. Augustus in ordin. *Cur. Lips. sub Tit.* Wer vor das Ober-Hoff-Gericht mag geladen werden; verbis seqq. ordi-

ordinavit: Wir wollen auch selbst, wegen unserer Cammer-Güter und andern Nutzungen vor diesem Ober-Hoff-Gericht das Recht warten und verfolgen, vid. Nicol. Proc. cap. 1 n. 17. Conf. Disp. Cocci. de iudice in propria causa & Wöelckeri Disp. Inaug. de eodem argum. qui posterior §. 3. exponit, quam iniuste hoc juris Naturalis assertum a defuncto Rege Gall. Ludou. XIV. perfractum fuerit in disceptatione instrument. Pacis Westph. cum se ipsum, in propria causa, iudicem faceret. vid. Kulpis. ad Monz. cap. 2 §. 1.

## §. II.

Quamvis igitur ex antea deductis pateat: Iudicium de causis propriis iuri Naturali & Ciuiili sic que suae essentiae contrariari, ita, ut nec consuetudine tale iudicium introduci posse, concludat Coccei. alleg. diff. §. 20. In Saxonia tamen Magistris tamen Magistratus suis subditos in propriis iudiciis possunt conuenire. permisum est, subditos, in propriis iudiciis conuenire, quod ius ipsis expressa lege n. in ordin. Proc. Sax. tit. 2. confirmatum fuit §. Ob wir auch wohl geschehen lassen können. Ne quis vero credat, hic ius plane nouum exorbitans, solisque Saxonibus proprium confirmari, ad genuinos Antiquitatum Germanicarum fontes nobis erit eundum, ex iisque paucis accuratius explicandum: Quod hoc ius & aliis Germaniae populis fuerit commune, originemque

A 2

suam

4 DE IVRE CONVENIENDI SVBDITOS

suam ab antiquo rusticorum statu trahat, & sic in *Ord.*  
*Pr. Sax.* ius antiquum noua praescripta forma tan-  
tum confirmari. Illorum conieeturam veritati pro-  
xime accedere sum persuasus: Rusticos nostros prin-  
cipio fuisse seruos, Dominisque in Germania, iam  
Taciti tempore, liberissimam seruos coercendi pote-  
statem, in ius vitae & necis, aequae ac Romanis  
competuisse. Haec dominorum potestas tamdiu du-  
ravit, donec impunis illa in seruos animaduersio in-  
digna fuit visa Episcopis, qui illam proinde excom-  
municatione vindicarunt, cum id fulmen non suffi-  
ceret, res eo redit, ut capitale supplicium in Domi-  
nos, seruum occidentes, statueretur. *Prou. ius Sax. L.*  
*2 Art. 33 ius prou. Sueu. cap. 67.* Quum vero Domini  
iuris sui essent tenaciores, illud ceperunt consilium,  
quod in exercitio huius iuris ad principis autorita-  
tem confugerent, qui ne uno iectu Dominis suam  
potestatem eriperent, commuebant quidem, ut ad-  
huc in rusticos animaduerterent, sed ut non amplius per iram aut impetum, sed causa paulo accu-  
ratius cognita & ex consilio prudentum de iisdem  
statuerent. Hoc ius Dominicum illis postea sub no-  
mine Iurisdictionis Patrimonialis vna cum Feudo  
concedebaratur, literisque inuestituree inferebatur,  
hoc nomen enim Doctores illorum temporum, qui  
saltem iuris Rom. minime vero Romanò-Germanica-  
rum erant gnari, ad exprimendam hanc potestatem  
inueniebant, reuera enim liberrima ista Nobilium &  
hominum in rusticos potestas, litesque eorum sine  
figura

figura strepitque iudici dirimendi, illis, non tanquam iudicibus, sed tanquam Patribus familias competebat, adeoque erat oeconomica, vel herilis potius quam iudicialis. Singulare huius iurisdictionis matrimonialis ex antiquo iure Dominico enata etiam ad hoc est, quod illam possidentes, suos subditos coronam suis iudicis conuenire possint. vid. Dn. Heinrichi elegantem disp. de origine iurisdictionis Patrim. Excell. Dn. Böhm. dissert. de iure & statu bominum priorum a seruis Germaniae non Romanis derivando sect. 3 §. 5, Illustr. Thomas. diss. de Hom. propr. & lib. Germ. §. 86, Excell. Dn. Ludewig. in Tractatu noviss. edito de iure clientelari German. sect. 3 cap. 4 lit. d. vbi & indagat, vnde rusticorum dominia in agris prouenerint. Igitur nec solis Saxonibus hoc ius proprium est, sed generalis Germaniae consuetudo, nec iniqua, ut pronunciat Schilt. Ex. VI, §. 16, idemque in Marchia Brandenburg. esse receptum praejudicis, confirmat Martini ad Proc. b. n. 5, in Ducatu Magdeburgico nouissime hoc Nobilibus & Ciuitatibus iurisdictione pollutibus concessum est, per ordin. iudic. Elect. de anno 1636 cap. I. §. 7.

### §. III.

Neque tamen ex huius iuris perspecta origine Competit ea neglecta est conclusio: quasi solis Nobilibus committens, si miti detat. Ab omnibus aliis praediorum possessoribus richten exercetur, siue Nobiles siue non Nobiles sint, modo licet, non illae excipiantur prouinciae, in quibus non nobiles nobilibus,

A 3

a pos-

## 6 DE IVRE CONVENIENDI SVBDITOS

sed omni a possessione eiusmodi feudorum plane sunt exclusi, bus posset quod in Lusatia Superiori obtinere, testatur Magnif. soribus praedio- Horn. Ipr. Feud. cap. 3 tb. 19, & in plurimis Silesiae Ducatusbus & mihi ex propria constar experientia. Textus ord. Pr. generaliter est conceptus: daß die, so von Uns mit Gerichten beliehen. Acquisito & concessio fundo cum omni sua iurisdictione, transit in quemconque possessorem, modo terrae soleant haberi & accipi cum iurisdictione, cuius generis Feuda sunt, unde & haec iurisdictionis species a Bodino praediatoria vocatur. vid. Mev. P. II. Dec. 14. Quodsi Nobilis aliusue feudali iure illam quidem teneat, sed de ea nondum proprius sit inuestitus, eam tamen vel ipse met, vel per Directores interim exercere potest, quo tamen casu a Summo, quod Dresdae est, Regimine, non ad iurisdictionis Dominum, sed an die Gerichte solet rescribi. Gener. Dn. ab Oppel *diss. de Iurisdict. Patrim.* f. 13.

### §. IV.

An & iii Cum iurisdictio praecipue Patrimonialis in supercompetit, riorem & inferiorem s. altam, quae in Palatinatu, Francia tantum inuestiti conia &c. Centena dicitur, & bassam, quae alias Voi sunt mit de theia appellatur (quamuis hanc diuisionem neque non Utter Romanorum mero & mixto imperio, neque Saxo- quid, si tan- num & aliorum bipartitea diuisioni in altam & bas- tam inue- sam, correspondere ostendat Schilt. Ex. 6 tb. 8) di- stiu mit de- nien Ober, uidatur, & in Saxonia quaestio ista: num concessa iu- Gerichten, risdictione simpliciter quoque superior veniat? ne- gatiue

gative decidenda sit, quoniam in ea olim inferior tan-  
tum iurisdictio concedi solebat, Weckius *Beschreibung*  
und *Vorstellung der Stadt Dresden pars. IV. Tit.*  
*Vl. pag. 434*, cui deinde sensim paulatimque speciali-  
bus sine dubio concessionibus superior iuncta fuit,  
quae ideo, nisi expresse hodie quoque eius mentio  
fiat, aut formula consueta mit allen und jeden Gerich-  
ten adhibita fuerit, non est prae sumenda. D. Horn.  
*Ipr. Feud. c. 7 th. 12, Berg. Oec. L. 4 tit. 3 n. 19, Diff. Bei-*  
*er pos. ad ff. l. 2 tit. 1 pos. 49 tit. I. & Tit. obs. ad Laut. b.*  
Hinc non immerito quaeritur: An ius subditos in  
proprio iudicio conueniendi indistincte possessoribus  
praediorum competat, seu inferiorem tantum, seu su-  
periorem exerceant? Secundum regulas Hermeneu-  
ticas, decisio ita facienda erit, ut Dominus Iurisdi-  
ctionalis in actibus ad illam iurisdictionis speciem,  
quam exercet, pertinentibus, etiam suos subditos in  
suo iudicio pulsare queat, quod enim etiam in causis  
criminalibus hoc iudicium a Domino exerceri possit,  
ostendit Berl. *Dec. 65*, & D. Menck. *disp. IV. ad Proc. s. 9.*  
Videtur quidem ordin. Pr. promiscue hoc ius attri-  
buere, interim firmissima manet regula: In quibus  
causis inter ipsos subditos non possum cognoscere,  
de iis nec subditum meum coram proprio iudicio con-  
venire possum.

## §. V.

Iurisdictio possidetur hodie iure quodam patri. An & iis,  
monii, quod est in commercio, potest vendi & alie- qui non per  
inuestiu-  
nari, ram, sed per

## 8 DE IURE CONVENIENDI SVBSTITOS

praescripti- nari, transit ad heredes, recipit diuisiōnem vna cum  
onem obi- fundis & pagis, acquiri potest & amitti iisdem modis,  
nuerunt la- quibus aliae res, quae sunt in patrimonio, nomina-  
risdicio- nem, com- tim praescriptione temporis. Hub. *prael. ad ff. L. 2 tit.*  
petat?

*i. f. 5.* An ergo & illis ius subditos conueniendi pot-  
est attribui, qui praescriptione iurisdictionem acqui-  
suerunt, cum in ordin. Pr. inuestiture saltem fiat  
mentio; sed vnius positio non est alterius exclusio, &  
iurisdiction per praescriptionem acquisita eodem mo-  
do ac feudi titulo accepta intelligitur. Carpzou. *I. 2*  
*Resp. XI. n. 15*, ibique citati. Ius hoc principaliter  
possessoribus praediorum iurisdictione praediorum  
tribuitur, seu infeudatione, seu praescriptione sit ac-  
quisita, igitur extra dubitationem est, quod & hi singu-  
lare hoc ius exercere possint. Maior dubitandi  
ratio mihi subesse videtur ratione priuati, i. e. qui  
non dominus alicuius districtus iurisdictionem seu in-  
feudatione, seu usucacione acquisitum, sine territorio  
exercet. Nam in Saxonia passim priuatis, qua talibus,  
iurisdictionem competere, exempla sunt obvia.  
Sic Familia Henningorum in oppidulo Lessena cer-  
tam inferioris iurisdictionis partem iure beneficiario  
exercet, tradente Magn. D. Horn. *Jurispr. Feud. cap.*  
*5 tb. 28.* Parochi etiam nonnulli in Saxonia, vt Stre-  
lensis prope Albim, Officiensis Superintendens, & alii,  
in certos pagos iurisdictione gaudent. Num & hi  
suae iurisdictioni subiectos coram suo iudicio recte  
conueniant. Ut affirmatiuae subscrivamus, mouet  
nos Responsum Fac. Lips. Jur. a Dn. Praeside nobis-  
cum humanissime communicatum.

It

Ist Lorenz Schlegeln, des Erb-Zinses halber,  
von euch, schriftliche Anklage gethan worden, und  
er hat zurück sagen lassen: Wann der Pfarrer zu  
Königsfeld sein Gerichts-Herr würde, wolte er ei-  
ne Anklage von ihm annehmen, er habe an dem Amt-  
e Nochlis Gerichts-Herrns genug, dasselbe konte  
ihn schützen und befehlen, aber der Pfarrer nicht.  
Er Lorenz hätte jeso einen Proceß in Leipzig, der  
Pfarre sollte ihm doch helfen, wann er Lust dazu  
hätte, und nach Leipzig kommen, da wolte er ihm  
schon antworten; ingleichen: der Pfarrer hätte ihn  
einen Streitkopf gehissen, er möchte aber selber ei-  
ner seyn; Nun verlanget ihr zu wissen, wie, solcher  
Injurien wegen, wider ihn zu verfahren sei? D.  
n. w. angereger Schlegel euch vor seinen Gerichts-  
Herrn nicht erkennen will, auch in dem Amte Noch-  
lis, zu Erlegung eines jährlichen Schutz-Geldes sich  
erboten und dasselbe wirklich abgestattet, dannen-  
hero, daß die gebrauchten Worte eines Theils keine  
Injurien in sich hätten, andern Theils daß er bey  
dem Amte deshalb belangen werden müsse, es  
sich anschien läßet. D. a. u. d. einer Obrigkeit die  
Unterthanen, vor ihren eigenen Gerichten, rechtlich  
zu belangen nachgelassen, wann die Gerichts-Banc  
gebührend besetzt und alle Parthenlichkeit vermie-  
den wird, Schlegel aber, durch das freywillige Er-  
bieten, zur Erlegung des Schutz-Geldes im Amt  
Nochlis, sich von der eimahl euch, dem Pfarrer,  
geleisteten Unterthanen-Pflicht nicht entledigen kön-  
nen;

nen; und, wie angeführt wird, alle übrige Königsfeldische Pfarr-Lehns-Unterthanen, sie mögen unter dem Churfürstlichen Amte, oder denen von Adel seyn, den jährigen Erb-Zins willig entrichten, auch ihr dessfalls in possessione über 30, 40, 50 und mehr Jahre eich befindet. So seyd ihr Lorenz Schlegeln zur Vernehmung über diese Begünstigung vorzuladen, auch sein Einwenden darauf ad Acta zu nehmen, und darüber erkennen zu lassen, wohl berechtiget. A. V. R. W.

## §. VI.

An iis competit, qui non Titulo Feudi, sed monialem quidem iurisdictionem habere potest, seu allodiali, inferiorem seu superiorem, nisi ex beneficio Principis, vid. Gribn. disp. de iur. Princip. regal. quae vident?

Omnis iurisdictionis diuisio, pertinet ad illum, qui τὸ Κύριον habet in Rempublicam, & nemo ne patrio*rum* Titulo Feudi, sed monialem quidem iurisdictionem habere potest, seu allodiali, inferiorem seu superiorem, nisi ex beneficio Principis, vid. Gribn. disp. de iur. Princip. regal. quae vident? Ex eo tamen non est inserendum, omnem iurisdictionem titulo feudaliter debere obtineri, quum nec iurisdictionis, quae alio, quam titulo feudaliter feudo est acquisita, fiat feudalis. 2 Feud. §. 1, quamvis enim ad pertinentias feudi referatur, non tamen ideo pertinentias feudalibus est annumeranda, quae sine investitura non constituuntur, nisi res excipias, quae per se nequeunt subsistere. Viderit inde, quod ord. Proc. ius nostrum ad illos possessores adstringat, qui investitura iurisdictionem acquisuerunt: Die, so mit Gerichten von uns beliehen. Sed verba

ba haec non sunt captanda, cum Summus Legislator omnes illos comprehensos velit, qui ex beneficio illius iurisdictionem exercent, seu sit Titulo Feudali, seu Allodiali. Iurisdictione enim Patrimonialis, sine dubio etiam Allodio cohaerere potest, subdiuiditur enim in Allodiale & Feudale. Berg. *Oec. p. 922.* Thomas. *ad Hub. prael. ad ff. Tit. de iurisd. §. 9.* In de & latinus Interpres verba allegata ita reddidit : Quod iurisdictione a nobis donati, & nulla dubitandi ratio supereft, postquam ordin. Proc. per Decif. nou. 38. iia explicatur : Nachdem wir, in unsrer Proces- Ordnung, allen und ieden, so von uns mit Gerichten belichen, oder dieselben in Uebung haben.

### §. VII.

Non leuis suboritur dubitatio, de illis, qui ante Ord. P. S. ius conueniendi subditos nunquam v- compent, surparunt, an scilicet, post ordinationem publicatam, P. S. hoc illud possint exercere, cum illis obstare videntur verius nun- ba: wie bishero. Particula bishero non respectiue, quam sur- fuetudinem in tota Germania haetenus receptam. Verba: Wie sed demonstratiue est apposita, & refert se ad Con- parunt, ob- lus hoc iurisdictioni patrimoniali cohaeret & in li- bera voluntate vtentium est constitutum, qualia iu- ra per non-vsum non amittuntur, Rauchbar. *p. 2 qu. 12.* nisi rustici in possessione libertatis sint, & requisiti a Domino illi requisitioni contradixerunt, & Dominus acquieuit, nemo enim dubitat, quin Dominus

huic iuri plane posset renunciare. Alias non sequitur: Per centum annos nemo rusticorum a Domino in suo iudicio fuit in ius vocatus, E. ius hoc illi est ademtum, potuit Dominus hoc non habuisse opus, quo casu nulla incipit praescriptio aut juris antea fundati amissio. Scheffer p. 3 qu. 46 n. 28, Ziegel. *ad Calu. Aur. Pr. s. Nobiles*, n. 47. *sqq.*

### §. VIII.

An compe-  
tit Senatu  
in Ciuitatibus.

Iurisdictio Magistratus urbici, ne patrimonialis est, quoniam ciues urbici non sunt in patrimonio; neque personalis, quoniam cum persona non expirat, vt ideo iurisdictionis Germanicae diuisio, in personalem & patrimonialem, seu realem, merito vt minus adaequata ab Ill. Thom. notata sit, *in Annot. ad ff. Tit. de Iurisdic.* pag. 46, visu tamen & consuetudine obtinuit, vt Magistratus Municipalis incolas in suo Praetorio possit contuenire. Carpz. L. 2 *Resp.* 14, Menck. *Disp. IV*, *ad Proc. tb.* 9, Berg. *Suppl.* 11, *vbi praei.* modo ciuitas iurisdictione gaudeat; concessio enim iure Ciuitatis, non statim iurisdictio, nequidem inferior, quod multi affirmant, transire intelligitur, multae ciuitates serius iurisdictionem acquisiuerunt, quae ius ciuitatis per aliquot secula iam habuerunt, de Lipsia vid. Peiserum *in Orig. Lips. lib. 2*, de Dresdena Wecklius testatur, illam serius iurisdictionem acquisuisse, a Mauritio demum bassam iure proprio accepit, alta vero, quae haec tenus Senatui locata fuerit sub. Diuo Elect. Ioh. Georg. II. titulo oneroſe acceſ-

accessit. Ant. Weck. p. 2 tit. 4, imo multae adhuc in  
Saxonia sunt Ciuitates, quae omni destituuntur iu-  
risdictione.

## §. IX.

Praefecti forte in denen *Nembtern*, quod non An compe-  
suo ac iure proprio habeant iurisdictionem, sed sal- fit Praefec-  
tem administratoriam, hoc ius minime sibi vindicare *Nembtern*.  
poterunt, neque quod de iis, qui patrimoniale ex-  
ercent iurisdictionem, hic dispositum est, temere ad  
Praefectos erit prorogandum: Enimuero praefecti  
hodierni, quibus Princeps iurisdictionem dedit, eam  
non tanquam mandatam, sed quasi propriam habere  
intelliguntur. arg. l. 6 ff. de *Iurisdic. iung. Vinn.* de iu-  
risd. cap. 9 n. 3, inde potestatem subdelegandi habent,  
vt patet ex praeiud. apud Magnif. Wernh. p. 1 obs. 23,  
moribusque hodiernis iurisdictio non minus volun-  
taria quam contentiofa, iure Magistratus exercetur,  
atque ita est affecta, vt queat mandari, ex quo pa-  
ter, eos ad minimum actus voluntariae iurisdictionis,  
quae vel nullam vel exiguum causae cognitionem ex-  
igunt, coram proprio iudicio peragere posse, si iu-  
risdictio Actuario, adhibitis praeterea personis iudi-  
cialibus, moderetur. Berg. ad Pr. Suppl. 2 p. 134. Per-  
tinet huc sententia in Summo Prou. iud. lata Consil.  
aestiuo 1712. Ob ein Beaminster, in seiner eigenen  
Sache, vor dem Actuario und denen Land-Gerich-  
ten, etwas beständiger Weise handeln könne, affirm.  
argum. Dec. nou. 38. dann, wann gleich daselbst von

der iurisdictione patrimoniali die Rede zu sagen scheinet, so ist es doch denen Beambten nirgends verboten, und concurrit eadem ratio, Apitz. contra Conradi, affirmatiu. etiam decidit Senatus quaestione: Ob ein Beambter seinem Weibe einen Curatorem in genere ad item, oder auch ad certam causam, so vor ihm ventiliret wird, bestellen könne, in consl. aestiuo 1713. Resignationem bonorum iudicialem sub praefectura sitorum, in propria etiam Praefecti causa coram personis judicialibus & Actuario validam pronunciauit Fac. Lips. & Wur. & Scab. Lips. 1707, vid. Berg. l. c.

## §. X.

An denen Pachter a speciatim indulgeatur, tituloque oneroso quaeratur derer Gde ther, si in Stryk. v. ff. Mod. de Iurisdic. f. 18. Huber. prael. ad iurisdictione in ff. Tit. de Iurisdic. f. 5, vt cum praediis & speciatim locata sit. locari possit Stryk. 16 §. 67, non incongrue quaestio mouetur: an & Conductores, si in specie iurisdictione illis locata sit, rusticos coram iudicio conducto convenire possint. Affirmatiuam defendere non dubitamus, licet enim hoc ius, vt exorbitans & iniudicium, restringendum magis quam extendendum sit, rusticu etiam alterius iurisdictioni sine voluntate Superioris non subiiciendi sint. Haec libertas tamen Domino non deneganda est, dum iurisdictionem in alterum potest transferre, cui hoc ius semper est annexum, conditio etiam rusticorum non fit dete-

deterior, instantiae illis non multiplicantur, & translatio Principali, non video cur & accessorium transire nequeat, potest vel Dominus hoc ius eximere & sibi referuare, translata autem in conductorem iurisdictione indefinite, sed generaliter locator in ea nihil habet reliquum. *Meu. P. 4 D. 246*, & Conductor totius praedii cum omnibus pertinentiis succedit in omnia locatoris iura, & omnia illa agit, quae locator suus facere potuit. *Horn. Class. 2 Respons. 69 num. 1.*

## §. XI.

Sic Domini iurisdictionem patrimoniale posse conuenire possunt *sui subditos*, i. e. qui possunt *sui subditos*. Subditos, cuiuscunque sint conditionis. Nam & Nobilis alterius Nobilis vel etiam Ciuitatis iurisdictioni seu ratione originis, vel domicilii, vel ratione contractus, vel delicti, itemque rei sitae, subesse potest, nisi exemptionem a Principe queat probare. *Rhetius Diff. de statu Germ. circa subd. cap. 4 tb. 8.* In quemcunque vero mihi non competit iurisdictione, illum multo minus coram proprio iudicio conuenire possum. Hinc conductor feudi nobilis, cum locatoris iurisdictioni non sit subiectus, nec coram illius iudicio in causa propria potest conueniri, domicili tamen constitutio ex sola conductione haud praesumitur, censuit ita Senatus Iud. aestiuo 1713. Ob ein Pachter eines Schrift-säfigen Guthes seine Pacht-Zeit über, vor schrift-

An igitur  
Conducto-  
res.

## 16 DE IVRE CONVENIENDI SUBDITOS

schriftsfähig zu achten? Aff. Weil er circa expressam conuentionem des Verpachters Gerichtsbarkeit nicht unterworffen, sondern als aequalis mit ihm contrahiret. In Delictis ist es ein anders. De Foro Contractus dubium remanet. Benisch contr. Harthausen. Cum vero in loco contractus, aduersus praesentem agere permititur, nihil obstat, quo minus conductor in loco hoc celebratae conuentionis vel promissae solutionis, respondere cogeretur. Carpzou. 2, 38. 2. Nam hoc forum est speciale, nec deterioris conditionis Dominus iurisdictionis erit, quam extraneus, qui gaudet certa ex contractu in hoc loco agendi licentia, cumque malae suspicione a iudicio hoc rite constituto absint, & conductor singulari pacto se haud exemerit a iurisdictione locatoris, omnino forum in loco contractus sortiri videatur, si iudicium secundum formam praescriptam est constitutum, nouiss. Posner. Decis. 19 n. 21 seq. siveque Facult. Lips. 1704. Mens. Nou. resp. idemque saepius alias obseruatum meminit D. Mencke Disp. IV. ad Pr. ss. 9, Diss. Meu. p. 4 d. 246. n. 4, Brun. ad ff. 21. de Iurisd. l. 10. n. 5. Quo vero conductor indefinite eo loco conueniri possit, praerequiritur receptio Conductoris inter subditos, quae fit per homagium. Et si iurisdictione cum feudo locatur, cautela est, ut locator personam conductoris excipiat. Berg. Oecon. p. Anvxor li. 690. Neque hoc singulare ius realis iurisdictionis beri Do. ad vxorem & liberos Domini extenditur, quando minni. vxor sortitur forum mariti, & socia potius quam subiecta

iecta sit, liberi vero literis inuestiturae, vi clausulae,  
vor sich und seine ehelich gebohrne Leibes-Lehns-Er-  
ben, continentur, & viuente patre, ipsius iurisdictionem  
habere intelliguntur, non aetū quidem, sed ha-  
bitu. Berg. Oecon. p. 923, Berl. Concl. 8 num. 19, Zieg.  
ad Calu. p. 162 & Modest. Pift. ait: cum Praefectus  
Zwickau. requireret Ioh. a Weisbach. vt filium suum  
Hermannum in subsidium citaret, quo coram iudicio  
praefecturae appareret, se filio exceptionem dilatori-  
am confecisse, quod Pater non habeat ius eum citandi,  
sed iurisdictioni Principis ita bene subiectus sit, ac ipsius  
Pater, vt ita per Principem cum oporteat citari: Dass  
also der Sohn sowohl Schriftsäfig, als der Vater,  
zu achten. p. 4 qu. 69 per tot. Neque aliter se res ha-  
bet in Criminalibus, licet obiciant: quod per delicta  
privilegium dignitatis amittatur. l. i. C. vbi Senator.  
praeterquam enim, quod ob arctam necessitudinem,  
iudex in tali causa non satis iustitiae fakturus videatur,  
illud dignitatis priuilegium, neque per omnia deli-  
cta, neque saltem ante cognitionem causae, latamque  
sententiam aufertur. Schilt. Ex. 6 ib. 6 L. B. de Lyn-  
cker. Differt. de Iurisd. Aphor. 18 Diff. Schultes ad Mod.  
Pift. Carpz. 4, 43, 11, & Berg. Oecon. p. 923, vbi ex Actis  
Wittenberga transmissis 1704. Mens. Oct. exemplum  
adducit in patre, qui homicidium filii H. S. von S.  
culposum, proprio iudicio denunciauit, ibidemque  
inquisitionem peragendum curavit. Multis dubiis  
exposita etiam videtur assertio Schilteri nobis conser-  
tentis, quod Marito a suprema potestate concedi  
C possit,

18 DE IVRE CONVENIENDI SVBEDITOS

possit, ut vxorem adulteram clam necari faciat forte cicuta. Qui simultaneam iurisdictionem in solidum habet, nullo modo alteri subesse poterit, neque famulos coram proprio iudicio Dominus poterit conuenire, cum illius iurisdictionem non subeant, nisi sit ex contraetu vel delicto. Berg. l. c. Quoad viores & liberos Magistratus oppidani aliud dicendum, quum Senatus Collegio ipse Consul & Senatoris sigillatum considerati sint subiecti. Quid obtineat in Academiarum Professoribus, & quid speciale prae reliquis habeat Lipsiensis, vid. Carpz. l. 2 Def. Eccl. 30.

§. XII.

Inuestitis cum iurisdictione, hoc ius competit, seu singulos, seu vniuersos conueniant Gribn. Proc. p. 3, modo iudicium recte constituantur. Wann nur die Gerichts-Banck recht besetzt wird. Potest Dominus loco Scabinorum ordinariorum, quos propter utilitatem & commodum ex lite ad illos redundans merito suspectos habet, ex vicinis assumere, illosque ad hanc litem iuramento obstringere. Quod si vero Vniuersitas vel Collegium praedium sub iurisdictione Nobilis situm possideat, an & illud coram proprio iudicio Domino potest conuenire, & quomodo? praemittenda videtur praejudicialis quaestio: Ob ein Lehn- und Gerichts- Herr eine Vniuersitatem oder Collegium, wann sie ein unter seinen Gerichten gelegenes, und ihm zu Lehn gehendes Grund-Stück kauffen wollen, solche als Lehn-Leute und Gerichts- Unter-

Unterthanen anzunehmen und den Kauf zu confirmiren, sich verwirgern könne, de qua ita censuit Se-natus Consil. AEst. 1713.

Wiewohl einem Lehn- und Gerichts-Herrn als An tantum  
lerdings viel daran gelegen, daß er mit einer einzelnen singulos, an  
Person, nur nicht mit einem Corpore, darzu viele etiam vni-  
gehören, in denen Servitii und andern Praestationi-versos con-  
bus zu ihm habe, er auch ratione derer Lehnshälle venire pos-  
und derer Zwang-Dienste, Abgang leidet. Dieweil sit.  
aber dergleichen personae mysticae nicht extra com-  
merciū rerum immobilium zu sezen, und wann sie  
per donationem, vel ultimam voluntatem, darzu gelan-  
gen können, keine Ursache abzusehen, warum sie  
nicht per emtionem venditionem, oder permutatio-  
nen, solche adquiriren solten, indem derer Lehnshälle,  
jährlicher Zinsen, Frohnen und anderer Praes-  
stationen halber, ein Lehnshäger bestellt werden  
kan, und wo auch ein weniger commodum, ex qua-  
litate personae, zu hoffen, um des Willen ein Sub-  
ditus nicht so schlechterdings zu recapiren ist, als wel-  
ches per accidens geschiehet ic. So ist man der Mei-  
nung gewesen, daß ein Lehnsh- und Gerichts-Herr,  
dergleichen Kauf zu confirmiren, und ein Corpus  
vniuersitatis, oder Collegium, zum Lehn- oder Ge-  
richts-Unterthan anzunehmen, so schlechterdings sich  
nicht entbrechen könne, in causa George Günthers  
und Consl. contr. Christian Stempeln. Cum ergo  
possessio praedii Collegium iurisdictioni Domini sub-  
liciat, non denegandum est Domino ius, quod iurisdi-

etioni sine exceptione est annexum. Nam ordinatio Processus non de subditis solum proprio & ratione domicilii talibus, sed & iis, qui bona immobilia possident, est capiendum, quam hi quoque subiectionem realem agnoscant. Berg. Ref. Laut. pag. 15 & homagium etiam ab extraneis nomine bonorum immobilium praestatur, quod reale vocatur. Ex quo consequitur, a Domino iurisdictionali extraneum, i. e. eum, qui alibi habet domicilium, nomine rei sub illius iurisdictione sitae, coram proprio iudicio tanquam foro rei sitae, antegressatamen citatione subsidiali seu mediatam, conuenire posse. Berg. ad Pr. Suppl. II. p. 44, ubi ex adiecto praeiudicio sequentia hoc pertinentia adiucere luet: Gestalt dann, das, in ist angezogener Proces-Ordnung befindliche Wort Unterthanen ingemein, und dennach nicht allein von denenjenigen, so daselbst wohnhaftig, sondern auch von denen, welche sonst, des Ortes, wegen gewisser Grund-Stücke, dingpflichtig, zu verstehen, in mehrer Be- trachtung, daß die Possess dergleichen Güther eine Subiectionem realem veranlaßte, da besonders das Forum rei sitae zu Facilitirung der Execution, dem Foro domicilii vorzuziehen, also auch hier Klägern, die ihm disfalls im Rechte verstatte Election, billig verbleibet.

### §. XIII.

In quibus causis pol- sunt conve- Postulant Subditos conuenire coram proprio iudi- crio in omnibus causis, seu Contentiosae seu Volunta- riae

riae sint iurisdictionis, imo posteriores, sine Actuarii nomine Subditos praesentia a Domino iurisdictionali inter illum & subditos in propria iudicato exerceri possunt, si nimirum causae cognitio-  
nem non requirant. *arg. Dec. noviss. 39.* Quamuis enim Zieglerus ad Calu. *Aur. Pr. f. Nob. n. 49* genera-  
lem suppeditet regulam: *Quod in actibus voluntari-ae iurisdictionis aliquis indistincte in propria causa possit esse index: ista tamen ita a Doctoribus temperatur, ut index quidem sine Actuario & Scab. suam autoritatem interponere possit, in causis, quae ad iurisdictionem voluntariam referuntur, si nudam tan- tum Magistratus confirmationem sine vlla causae cognitione desiderant, in actibus autem causae cognitionem decretumue praerequirentibus id negent.* Ill. Berg. *diff. de potest. pers. publ. in seipsum tb. 7, vbi thes. seqq.* exponit, quinam actus Vol. iurisdict. co-  
gnitionem causae requirunt, & qui sine illa subsistere possunt. Neque valet hoc argumentum: Actus con-  
tentiosae iurisdictionis coram proprio iudicio recte tractantur, idem multo magis in actibus voluntariae obtinebit. Ordinatio videlicet Processus, quae moribus nixa hac in re a iure communi dissentit, ultra literam non est extendenda, & quamvis Dominis rusti-  
cos coram proprio iudicio conuenire permiserit, inde tamen non est concludendum, quod etiam cognitio illarum rerum, quae ad iudicem Dominis compe-  
tentem pertinent, licet inter volentes ibidem possit institui. Gener. Dn. ab Oppel. *Diff. cit. f. 20.* Interim hypothecae confirmationem, licet Dominus sit

22 DE IVRE CONVENIENDI SVBEDITOS

debitor permittit *Dec. nou. 38* in bonis allodialibus, si praeter A*ctuarium* personae iudiciales adhibeantur, conf. D. Beyer. *pos. ff. de iurisdict. 11. sub. lit. C.*

§. XIV.

Vtrum tamen vi huius §. non habent beneficium primae instantiae, si Dominus aduersus eos in iudicio Superiori, vt: Curia Prouinciali, statim expetriatur. Non enim necessario coram proprio iudicio dominus suo s<sup>i</sup> subditos in illos debet conuenire, sed beneficio suo omnino potest renunciare, arg. *I. 29 de past.* siquidem forum hoc conuenire tam moribus, quam ord. Pr. Sax. indulatum potius quam imperatum est, non ergo quod in fauorem aliquius est introductum, in eius odium debet detorqueri, Magnif. D. Gribn. *Proc. s. 8.* Quodsi tamen lis iam coepita fuerit in iudicio Domini, exceptio litispendentiae subditis iam quaesita, iisdem inuitis nequit extorqueri, arg. *I. 62 ff. de past.* cea hoc praeiud. Supr. Cur. Prou. Lips. Termin. Luc. an. 1698. comprobat. Dominus Mencke *Diss. IV. ad Pr. s. 9.*

§. XV.

Non aliter hoc fieri pro fundamento habent formam in Ord. Proc. praepotest, quam si A*ctuarium* in iusmodi quaestionibus subditorum coram propriis praesentia officialibus, seu iudiciis expediendis, Notarius seu A*ctuarium* rite sit subdito*ad istud iudicium in specie iurauit*, qui in praesentia illorum constitu*remo-*

remoueatur atque iudicij integritas vbique incorrupta conseruetur. Ordin. Proc. Tit. 2 §. fin. Ob wir auch wohl ic.

## §. XVI.

Iuramento in praesentia Subditorum non rite An hac for-  
praestito, nullitatis exceptio potest obici. Carpz. Proc. ma negle-  
tit. 3 art. 4 n. 10, Zieg. ad ord. Pr. verb. *In Beyseyn suis nullita-*  
*& quidem, licet subditis de nullitate eiusmodi etiam te laboret,*  
*in ipsa executione excipere. Phil. ad Dec. nou. 38 obs.*  
*1 n. 29 & ad Dec. 39 obs. 1 n. 55. Et iusurandum Actua-*  
*rii, subditis remotis, praestitum nullius loco habetur,*  
*Berg. Oec. pag. 341, Martini b. n. 48. Iudicem, qui a-*  
*Actuarii iusurandum neglexit, atque adeo causam occa-*  
*sionemque nullitati praebuit, puniendum esse, & par-*  
*ti laesae ad interesse teneri, aff. Berg. ad Pr. p. 39. Con-*  
*tra in inquisitionibus non opus est, vt iusurandum*  
*Actuarii in praesentia Subditorum praestet. Berg. l. c.*

## §. XVII.

Quum itaque praesentia Subditorum formam a- An is defe-  
ctus subintraret, eique det esse rei, nec ei per pacta etus ex  
privatorum derogari potest, & in Ordin. Pr. verba possit sup-  
bey Antretung der Bestallung inueniantur, vix est, pleri, ob  
ye, superueniente Actuarii iurejurando, is defectus verba: bey  
Gribn. Proc. p. 8, Berg. Oec. pag. 341. Ex vilitate ta-  
men publica retro eiusmodi acta, superueniente A-  
ctuarii iurejurando, in praesentia Subditorum vulgo  
fulti-

sustineri, nota Berg. ad *Pr. b. obs. V. n. 2*, quamvis nec huius rei usum perpetuum esse, probet Responsum in contrariam sententiam a Facult. Witt. 1678. Mens. Sept. latam, quod Berg. *Suppl. II.* recenset, p. 47. Illam tamen aequitati magis esse conuenientem, conccludit Martini ad *Proc. b. n. 60*, ne summo cum detrimento causam litigantium maximam in partem aliquando finitam, denuo reassumi ac retrahendi necesse sit. Eodem collimat decisio Senatus Consil. aestiu. 1714. Ob ein verchiedeter Actuarius, Actus, bey welchen dessen Gegenwart nicht nur ad probationem, sondern ad Solemnitatem erforderlich wird, hernach erstlich durch seinen Eyd corroboriren könne? Man hat vormahls, in Sachen Mylii zu Plauen, contra Mylium, pro validitate gesprochen, worbei es auch anjezo verblieben; wiewohl einige Doctores das Contrarium statuiren.

### §. XVIII.

An suffici- Male haec solennitas a nonnullis solummodo ad  
at, hanc so- eum casum restringitur, cum nobilis contra subdi-  
lennitatem tum coram proprio iudicio experitur? cum eadem  
ad hanc li- requiratur, quando subditi inter se, vel cum aliis con-  
tem re- tinentur. Illustr. Berg. ad *Pr. b. obs. 5 n. 1*. Extra-  
stringi. neii vero litigantes, contra Actuarium, quod in praef-  
fentia Subditorum legitime non sit constitutus, excipi-  
re non possunt, vt mihi videre licuit ex Actis ab  
Amico & Fautore nostro, Domino Doctore Carl. H.  
Dornblüth, Pract. Dresd. celeb. humanissime mihi  
commu-

communicatis, qui patrocinium praestabat Viduae Schneideriana in Summo Prou. iudicio, in cuius favorem maritus Consul. Weissenf. testamentum condiderat, illudque denen Gerichten zu Langendorf obtrulerat, quod a filiis prioris coniugii inter alia & ex hoc capite impugnabatur, quod Actuaris in praesentia omnium Subditorum non fuerit constitutus, Senatus ita censuit. Ob extranei Litigantes, wider einen Gerichts-Berwalter, daß dessen Vereyndung nicht im Beyseyn derer Unterthanen geschehen, excipieren können? Neg. Weil solches nur in Anschung derer Unterthanen, als welche der Gerichts-Herr vor seinen eigenen Gerichten belangen kan, erforderet wird. Schneider contr. Schneiderin. Consil. aet. 1714.

## §. XIX.

Pars Subditorum non sufficit, multo minus praesentia illius, quem Dominus conuenire vult, quandoquidem haec, vt Forma est praescripta & ordin. Proc. ditos esse admodum circumspete cauet, vt Actuaris Praesen-  
tibus Subditis, im Beyseyn derer Unterthanen, iuret, ius partis  
imo Berg. tanquam cautionem Domino iurisdictiona-  
li praecipit, vt, cum Actuarium iudicij constituens, dum curat, ad hunc aetum in subsidium citet ex-  
traneos, qui bona immobilia sub eius iurisdictione ue nit &  
sufficiat, quid obti-  
fit possident. Suppl. II, p. 47. Quin idem ad Prae-  
fecturarum & Ciuitatum iudicia producendum, vt in uitibus?  
iis quoque Actuarii, in praesentia Subditorum, iura-  
re debeant, vt monet Berg. ad Pr. b. obs. V. Quod  
si Actuaris ordinarius litiget cum subditis, vel mor-  
bo, itinere, aliaue de causa acta conscribere (vulgo,  
D regi-

registrare) impediatur, tunc sufficit, si alius interim Actuarius in praesentia saltim partis aduersae ad hunc Actum iuret. Berg. l. c. n. 5. In Ciuitatibus praesentia subditorum praesentatiua sufficit, scilicet per Tribanos plebis, durch die Viertels-Meister. Praesentia enim Senatus integri, derer gesamten Raths-Mitteln, non sufficit. Berg. l. c. n. 1. Nescio itaque, an praxi confirmetur Doctrina Martini ad Pr. b. n. 63 afferentis, quod in plerisque Ciuitatibus, praesertim in nostra Saxonia sufficiat, si vel in Consessa Senatus, vel coram iudice & Scabinis, hoc iuramentum fuerit praestitum, & textum nostrum ad iudicia Nobilium in Pagis restringit. Idem statuisse videatur Bornius disp. i ad vniu. ius iudic. tb. 14 lit. B. ita differens: Illud etiamnum necessarium est, vt Actuarii, si a Nobilibus in iudiciis paganis constituantur, iuramentum suum praesentibus subditis & rusticis praestent. Sed mens ordin. Proc. huic restrictioni sine dubio est contraria.

### §. XX.

*An Domini  
nus in hoc  
Foro gratis  
litiget.* Ius civile ignorat, quas hodie litigantes praestant sportulas, initiaque illarum sine dubio iuri Canonico, cuius Autoribus omnia erant venalia, debentur, iure Sax. tamen approbantur, neque immerito, cum implorantibus eo libentius auxilium praestetur, temere litigantes vero per impensas coerceantur, aerariumque publicum subleueretur. Ordin. Pr. Tit. 36 §. 1. So wollen wir, das, so oft befunden wird, das ein oder das andere Theil, seines Vornehmens nicht erhebliche Ursache hat, man dasselbe, auf des Gegen-

Gegenthelis. *Bitte, in die Expensen vertheile, und die nicht leichtlich compensire.* Ex quibus apparet: Dominum iurisdictionalem ab illis praestans non excipi, cum hic tanquam pars consideretur, expensaeque Aetuaris a Iudicibus praesertim Patrim. pro salario parte, ut plurimum soleant concedi, vt ita expensae, tam parti, si Dominus vincatur, quam spor-tulac Aetuaris debeant praestari; nisi illis cum posterioribus certa intercedant paesta, cum ab arbitrio Dominorum iurisdictionalium pendeat, quas sibi vellent ab initio reseruare & excipere. Interim prae-sumtio, quae pro Magistratu est, id efficit, vt melior in dubio eius causa cum ciue vel subdito censeatur super his, quae ad officium eius pertinent, ideoque non facile in expensas condemnandus, multo minus hoc fieri potest, quoties Magistratus pro defendenda officii aut decreti autoritate, aut seruando honore suo, contendat, Meu. P. VI, d. 345, vbi vid. praei. Si Vniuersitas vel totum collegium, super iuribus, quae totum collegium concernunt, litigat, & actoris vel rei partes sustinet, expensae litis ex Fisco sunt soluendae, quod secus, si membra inter se litigant, vbi expensas de suo merito soluunt. Wernh.  
obs. 51 P. 1.

### §. XXI.

Regulariter is citatur, contra quem Processus instituitur. In nostro vero iudicio Dominus iurisdictionalis nunquam Rei, sed semper Actoris partes suffinet. Igitur solenni citatione non est opus, sed sufficit admonitio judicialis, de termino praefinito,

D 2

nomine

Quid obtineat circa citationem Domino insinuan-dam.

nomine derer Gerichte Domino insinuanda, ein **Tä**  
**ge-Zettel, Gedenk-Zettel.** Str. intr. ad Pr. cap. VI,  
 n. 19. Nihilominus non modo in causa reconuentio-  
 nis, sed & in ipsa conuentione, quoties Actor Rei  
 vices sustinet, & citatio, ad instantiam Rei, decerni-  
 tur, solenni citatione actor in ius vocandus est. Hoc  
 igitur casu, citatio, quae ad Dominum iurisdictionis  
 dirigitur, fit nomine derer Gerichten, in eaque  
 obseruanda sunt ea omnia, quae in aliis citationibus  
 sua seruantur. Verbis tamen paulisper ad factum  
 accommodatis vtendum est, ut salua iusticia honor  
 suus Domino habeatur, quod & in notificatione dem  
**Gedenk-Zettel** non est negligendum.

### §. XXII.

An ipse A-  
 ctuarius  
 potest sen-  
 tentiam fer-  
 re, an vel  
 teneatur A-  
 cta trans-  
 mittere, &  
 quidem  
 sub pena  
 nullitatis?

Circa quaestionem: Vtrum ipse Actuarius  
 ferre possit sententiam? an vel teneatur Acta trans-  
 mittere? vnaminis fere Doctorum est conclusio  
 quod consultius sit, si Acta transmittantur. Phil. ad  
 Proc. Tit. 2 Consid. 8, Ziegl. Dicaf. Concl. 12 §. 31, Riu.  
 En. g. b. Quo Subditi eo minus de fraude vel fau-  
 ore pro Domino, conqueri necesse habeant, praefertim,  
 si controviersia agatur de causis maioris mo-  
 menti. Non igitur sententia, ab ipso Actuario lata,  
 nullitatis ex hoc capite potest argui, quo ferme inclinat  
 Martini ad Proc. b. n. 11, 12. Verba ordin. Proc. Sich  
 derer Gerichte gebührlich gebrauchen, und vor de-  
 neselben ihre Unterthanen rechtlich belangen mö-  
 gen, cum effectu sunt capienda, non solum cogni-  
 tionis, sed etiam diiudicatione. Index v. gr. Nobili-  
 lis, debet abstinere pronunciatione, non Actuarius,  
 cui

cui a iudice exercitium iurisdictionis vel generatim, vel in specie, quoad illam causam fuit demandatum, Actuarius enim, vt talis, non cognoscit nec decernit. Scabinis obstatre videtur quidem suspicio propter iuramentum, quod Domino praestiterunt, vt Subiecti; sed illa alio iure iurando, quoad officium recte administrandum sunt obstricti, submoueatur, semperque Appellationis remedium parti laesae relinquitur. Berg. ad *Pr. Suppl. II*, p. 38. Vbi notat Zangerum ab hac sententia reapse non dissentire, licet usus sit verbo, coguntur. de *Exc. Part. II*, cap. I, n. 408. conf. Berg. Ref. Laut. p. 121 & Oeon. p. 914. n. 7. in Ducatu Magd. directis verbis Directoribus eiusmodi Iudiciorum iniungitur, vt in causis arduis Acta ad Collegium Prudentum transmittant, in *ordin. Proc. Magd.* cap. 7 §. 7.

### §. XXIII.

Publicatio sententiae eodem modo, quo citatio, *Caius nomine* derer Gerichten fieri solet. Quod si mine publicatio & vero Subditus eiusmodi pronunciato non vult acqui-quomodo escere, & causam per Appellationem. Superiorem fiat deferre mauct, Actuarius, seu der Gerichtshalter, qui sententiam concepit & publicauit, non prohibetur suam sententiam tanquam Aduocatus in Iudicio Superiori defendere, sicuti hoc etiam probat Horn. *Class. 9 Resp. V*, his verbis: *Hierächst, bewährter Rechts-Lehrer Meinung nach, einem gewesenen Richter, sein Verfahren oder ertheilte Bescheide und eröffnete Urtheil, wann die Sache in eine andere*

D 3

Ge:

Gerichts-Istanz gedichen, als Aduocatus, zu vertheidigen unbenommen.

§. XXIV.

Dominus a Vice versa Subditi, coram proprio iudicio, Do-  
subditis in minum iurisdictionalem conuenire non possunt, sed  
suo iudicio sicubi aduersus Dominum vellent experiri, ad fo-  
non potest rum illius competens, sive Schriftlassum, sive Ambt-  
fassum sunt remittendi, ne id, quod in fauorem Do-  
mini iurisdictionalis est constitutum, in eiusdem di-  
spendium detorqueatur. Berg. ad Pr. Suppl. II. pag.  
44. Ex quo simul apparet, Dominum iurisdictionalem, si in Foro competente conueniatur, non op-  
ponere posse beneficium primae instantiae, intuitu  
proprii sui iudicii. Consules vero & Senatores in  
Civitatibus municipalibus, si a Civitatibus sibi subie-  
ctis in Curiis Provinc. Sax. aut Supremo Appell. iu-  
dicio conueniantur, beneficium primae instantiae cum  
effectu vrgere possunt, nisi contra aliquos in specie  
prima instantia probetur in Superiori iudicio funda-  
ta. Nam Consul est Subditus Senatus, ac proinde  
primam coram eo habet instantiam, ac extra casum  
prouocationis i judicium Elektorale haud deberet tra-  
hi, quoniam iurisdictione Senatui priuatiue concessa, &  
alias Reo Appellationis beneficium praecideretur.  
Neque Consul sic fit iudex, vt videri possit, in pro-  
pria causa, cum Consules in Civitatibus plures sibi  
habeant adiunctos Senatores & Assessores, & ipsimet  
si conueniantur, loco cedere, ac cognitionem Colle-  
giis relinquere teneantur, dum Processus in Civita-  
tibus non coram Consule, eiusque nomine, sed co-  
ram

ram toto Senatu agitantur. Carpz. l. 2 Resp. XI, n.  
28 seqq.

## §. XXV.

Reconuentioni vero Dominus iurisdictionalis se An reconu-  
subtrahere non potest, modo, si in Saxonia litigetur, <sup>uentio con-</sup>  
ad finit causae connexae, quorum vna ex altera de- <sup>tra Domini-</sup>  
scendit, vel quae ex eodem oriuntur negotio. Zang. <sup>nun habet</sup> at locum.  
*de Exc. p. 2 c. 1 n. 307*, cum huic ne priuilegium qui-  
dem obstare queat, ob generalitatem l. 22 *de iudic.*  
¶ l. Cum Papinianus 14 C. de sentent. & interloc.  
conf. Molignat. de Reconuent. quaest. 9 ita, si Do-  
minus iurisdictionalis, contra Subditum Postessorio  
obtinuerit, tunc ibidem in Petitorio respondere te-  
netur, quoniam contra se pati debet iudicem, quem  
pro se agendo probavit. Hert. *Opusc. Tom. 3 pag. 451*,  
& vt ita Reis aliquo modo consulatur, ne Dominum  
iurisdictionalem majoribus sumibus coram iudicio  
Superiori conuenire necesse habeant, argum. eorum,  
quae tradit Ziegl. *ad Ord. Proc. b. tit. p. 44*. Et quod  
causae in eodem iudicio, inter easdemque personas,  
commodius & facilius terminari possint. Beyer. pos.  
31 ff. lib. II, Tit. II. Quodsi Dominus iurisdictiona-  
lis item coram suo iudicio semel ceperit, nec Subdi-  
tis exceptio litis-pendentiae sic quaesita iisdem inui-  
tis extorqueri nequit, ceu pronunc. Supr. Cur. Prou.  
Lipf. Term. Luc. Anno 1698. in causa Fr. A. C. von  
S. contra die S. zu St. teste D. Mencken. Disp. IV,  
*ad Proc. f. 9.*

## §. XXVI.

Extra omnem est dubitationem, quod Subditi <sup>An Subdi-</sup>  
<sub>tus pacto,</sub>

praescri-  
ptione vel  
privilegio  
eximi [pos-  
sit ab ita  
instantia.]  
ab hac instantia pacto, vel praescriptione, vel priuilegio se liberare possint: cum res sit pactis & praescriptioni obnoxia. Tale vero priuilegium: Dass ein Unterthan in einem ganzen Lande, von allen Personal-Hägen solte befreyet seyn, non potest constare: Weil dadurch besorglich die Iustis gehemmet, und bey Auswärtigen der Credit geschwächet werden möchte; ceu ita pronunc. in Supr. Prou. Iudic. 1717. Consil. Æst. Dankelman contr. Echard.

## §. XXVII.

De Abuso  
huius juris,  
& incom-  
modis,  
quae ex eo  
oriuntur.  
In his, quae diximus, ius, quo vtimur, secuti sumus, Leges conditas, non quas alii sibi vbique fini gunt condendas. Quid constitutum sit, exposuimus, non quid constitui possit, aut conueniat. Hae enim, quae ad iurisprudentiam Legislatoriam pertinent quæstiones, non sunt fori nostri, non nostræ Cathedrae, quas aliis labenter relinquimus excutiendas. Ut raceam hanc, de qua agimus, rem ita comparatam esse, vt siue abrogationem iuris constituti suadere velis, si eius aequitatem & utilitatem tueri non difficile videatur probabilia in vtramque partem argumenta inuenire. Nam, qui nouae Legis rogationem commendare cupiunt, allegabit incommoda, quae ex hoc iuris articulo nascuntur & grauissimos, quos perit abusus. Perhorrescere plerumque subditos Domini iudicium, & durum videri, auctorem iudicium dare. Quis licet per alios ius reddat, eos ramen, quorum ministerio vtitur, sibi obnoxios habeat. Nam cum integrum sit Domino, Auctuarios mutare & sine causa etiam dimittere, hos omni cura id agere,

re, vt bene de Domino videantur mereri. Itaque non facile actuarium contra Dominum laturum sententiam, aut friuole etiam litigantem in expensas damnaturum esse. Haec & alia plura in hanc partem afferri possunt, sed nec desunt, quae in alteram vrgeri queunt.

## §. XXVIII.

Quid si enim quis antiquum ius seruari velit? Is vero iniustum & iniquum dicteripi Dominis praecipuam partem suae in subditos potestatis, non ex priuilegio eam Principis ortam esse, sed olim vsu invaluisse, & reliquias esse iuris prisci, quod in Rusticos Domini multo amplius etiam & liberius habuisse, iam tum plerosque subditos obsequii debiti immemores esse, quod omne prorsus plerique denegaturi essent, si a Domino in suo iudicio nequeant conueniri; Propter abusum, non tollendum usum, sed illi hoc saluio remedia esse praestanda. Viros bonos & honestos nihil ab Actuariis exigere, nisi quod aequum & iustum sit, neque credibile Actuarium plus Domino suo atque religioni iurisiurandi, quo obstrictus est, daturum fore. Quae dum confero & comparo inter se equidem, quam praeferre opinionem debebam, ipse sum dubius, nisi quod nescio, quam ob rem animus meus a crebris iurium murationibus paulo alienior persuadeat, fere satius esse ius, quod usu obtinet, retinere aut emendare, etiamsi opus sit, quam mutare. Sed de hoc alii iudicent, nos enim iam monimus, non esse eam controvèrsiam nostri instituti

T A N T V M!

E

COROL.

SS. II. SE. VI.  
COROLLARIA.

Operae Nobilibus etiam nullum titulum allegantibus praefundandae sunt.

Ipsē Nobiles Rusticos refractarios carcere, multa pecunaria, aliisque remediis, ad seruitia praefundanda possunt compellere.

Quamvis operae subditorum in dubio indeterminatae presumantur, tamen seruitia noua & insolita non possunt exigi.

Spontanea iurisdictionis prorogatio, in praeiudicium Domini iurisdictionis patrimonialis, bodie non habet locum.

In dubio quis Schriftsassus, non Amtsassus, presumitur.

Consuetudo qua lex. s. de iudic. ad iurisdictionem patrimonialem profertur, non est irrationalis, quicquid dissentiat Zieg. Dic. Concl. 12 s. 32 & Berg. diss. de potest. pers. publ. in stripam.

Non tamen ipse iudex, sed Superior debet cognoscere, si pars nullam plane iurisdictionem vel in se, vel in alios, iudici competere exceperit.

Sub concessione iurisdictionis simpliciter posita, etiam Superior comprehenditur.

Sub Ducatu Regalia, non vero sub Regalibus ius Superioritatis racite comprehenditur.

Male Interpretatio in Authenticam, Doctrinalem & usualem diuiditur, cum saltem detur doctrinalis.

F I N I S.


K078


ULB Halle  
001 507 192

3



TA-DOC





13 / 29  
1717 286

# DE IVRE CONVENIENDI SUBDITOS IN PROPRIO IVDICIO

Ob ein Gerichts - Herr seine Unterthanen vor seinen  
eigenen Gerichten belangen können.

PRAE SIDE  
**DN. D. GOTTFR. LVD.  
MENCKENIO**

P. P. COLLEGIORVMQVE IVRIDICORVM, QVAE  
WITTEBERGAE FLORENT, ASSESSORIS  
GRAVISSIMI  
**PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE ET LEGITIME  
CONSEQUENDI**  
DIE AVGUSTI A. O. R. M DCC XVII  
PLACIDO ERV DITORVM EXAMINI  
HOR. ANTE ET POMER. SVBMITTIT  
**CHRISTOPHORVS THOELLDENI**  
SANGERHVS. THVR.

EDITIO NOVA 1742.

WITTEBERGAE  
SVMPTEVS IO. GOTTFRIED STRENGI.

5